humiliauit & formã serui suscipiens factus ē oboediens usque
ad mortē. Agit festa pariter & sp̄s scs̄ ubi plura sibi uid& in his
qui conuertuntur ad dnm̄ templa p̄parata. Nam de angelis
quid dicã ad quorũ festiuitatem laetantiũ dicunt accedere
omnes qui conuertuntur ad dnm̄. Aut non ē illis magna fes
tiuitas cũ laetatur in celo sup uno peccatore penitentiam
agente. magis quã supra nonaginta nouem iustis qui non in
digent penitentiam. Agunt ergo etiam angeli diem festũ
laetantes sup his qui refugientes consortia daemonum
p exercitia uirtutũ angelicis se festinant sociare consor
tiis. Mirũ fortassis sit quod dicere uolo causas ut uid&ur festi
uitatis & laetitiae nr̄ę dō & angelis damus nos occasionē laetitiae
& exultationis in terris posita celo p̄bemus. Dũ sup terras
ambulantes conuersationē habem; in celis. & p hoc sine dubio
diem festũ caelestib; uirtutib; generam; sed sicut boni actus
nr̄i & uirtutũ pfectus laetitiam festiuitatemq; dō & angelis
gignunt. Ita uerear ne mala conuersatio nr̄a non solũ terris
sed & in celo lamentationes indicat & luctus. Et fortassis
etiam ipsi dō luctũ incutiant humana peccata. Aut non lu
gentis ē illa uox cum dicit. Poenit& me q feci hominem
sup terrã. sed & illa dnī & saluatoris nr̄i in euangl̄ ubi dicit.
hierusalem hierusalē quae lapidas pph&as & occides mis
sos ad te. Quotiens uolui congregare filios tuos sicut gallina
congregat pullos suos sub alis suis & noluisti. & ne putes q
de antiquis tantummodo dictum sit qđ lapidauerint pph&as.
Et ego hodie si pph&ae uerba non audiam. si monita eius
spernam. lapido pph&am. & quantũ in me ē occido.
Cuius scilic& & tamquam mortui uerba ñ audio. sed & illa